

Thesoro Chymici  
Vol. 1. p. 821.  
Supra pag. 232.  
Fingula vero filius fu-  
os, et sanguinem  
verum recipi, car,  
vix vero projici car,  
in his. no. dicitur  
Lugon. de. tunc p.  
380. de. q. v. p.

ginequo conspicient. In montis istius altitudine triumphantem Regalem herbam, quam quidam Philosophi minerali, nonnulli vegetabilem appellarunt, & Saturnialis nominatur, cognoscent: Ossa tamen relinquantur, & jusculum purum mundumque exinde sumatur, atque hoc modo potior operis pars fieri poterit. Et hic rectus subtilisque Mercurius Philosophorum, tibi que sumendus est.

Et primo quidem opus album, dein etiam rubrum faciet, si sermonem meum bene intellexeris: Vtrumque enim nihil est aliud, quam vti vocant, practica: Sol & Luna vno eodemque modo preparantur, unde album rubrumque in practica prouenit, quæ adeo simplex & leuis est, vt etiam fœmina iuxta colum impedita perficere possit: vel si gallinæ hyemali tempore oua, ad incubandum, subponat, & illa tamē non lauet. Qua enim, ad incubandum subposita, non lota, sed prout sunt, gallinæ subponuntur: nullusque in eo amplius labor requiritur, quam vt cottidie oua ista inuertantur, quo melius citiusque pulli egrediantur. Id quod nunc satis superque declaratum est. Exemplum vero vt deducatur, primo Mercurium tuum non lauere, sed illum sumere, & suo cum simili, quod ignis est, in cinerem, qui stramen est, vitrumque vnicum, quod nidus est, collocabis, absque re alia, in idoneo aliquo alembico, qui domus est: & tunc exinde egredietur pullus aliquis, qui sanguine suo te ab omnibus morbis liberabit, & de carne sua te cibabit, atque de plumis suis te vestiet, atque à frigore custodiet. Quem in finem summum rerum omnium creatorem oro & obtestor, vt nimirum omnibus fidelibus Chymicis, ad

Thesoro Chymici  
Vol. 3. p. 444.  
149. Obs. 588  
Vol. 1. pag. 21.

Flamm. th. ni  
Hic. gly. phi  
In figura  
p. 47.